ait πρὸς τῇ ῥίζῃ τῶν Ἀλπέων ἱδρυμένον (cf. Plinius h. n. 3, 19, 132). Id confirmavit nuper aliquantum, quod ex Claudii edicto (supra n. 5050 v. 10) didicimus de controversia eo tempore agitata inter Comenses et Bergaleos; hos enim et Wattenbachius in litteris ad me datis et Barellius Comensis (*Corriere del Lario* 22 Oct. 1870) recte monuerunt esse videri incolas vallis ad fluvium Mairam dictae in documentis medii aevi *Pergallia*, hodie *Pergell* sive *Pregaglia*, quae a Chiavenna ad orientem pergit montibus Septimer et Maloggia separata a vallibus Oberhalbstein et Engadinensi superiore. Bergaleos autem eos edictum illud non obscure significat rei publicae Comensi similiter attributos fuisse, ut Anaunos Tridento, Camunnos Brixiae subditos fuisse alibi docuimus.

Ea quoque regio, quae est circa lacum Luganensem, sive Comensium ea fuit sive Mediolaniensium, titulis destituta est excepto unico n. 5244 reperto ad vicum Gravesano, quem huic capiti adiunximus. Ne de nomine quidem antiquo lacus eius satis constat, quamquam probabiliter ad eum rettulit Cluverius (p. 102. 410) *lacum Clisium* (non Cusium) Peutingeranae. 'Stagnum in ipso Mediolanensis urbis territorio, quod Coresium (*v. l.* Ceresium) vocitant, ex quo parvus quidam fluvius, sed profundus egreditur' — verba sunt Gregorii Turonensis hist. Franc. 10, 3 — idem Cluverius ad Luganensem lacum traxit, nec dubitandum est aut hunc intellegi aut lacum Varesium; nam parum probabiliter de Comaceno Iacobius (*géographie de Grégoire de Tours* p. 148) cogitavit.

5207 Brivii rep. in crypta, nunc Bergomi apud Sozzium.

MPVLVM
S CONSTAN
C V R A V I
dedi CAVI VIII K
I V A I

Descripsi.

5208 Brivii rep. in crypta castelli, nunc Bergomi apud Sozzium.

VS
IDVS
ma VR CON p. C. 527

Descripsi.

5209 tabella parva ex marmore candido Lorentini in valle S. Martini in ecclesia parochiali S. Martini in sacristia CALVI. Laurentini ad aedem S. Brigidae antea, nunc Bergomi in museo ROTA. Ibidem extat.

DIANAE
Q · VIBIVS
SEVERVS

Contuli. Calvi *effemeridi* 3 (1677), 61; Rota ms.; inscr. Athenaei 1856 n. 26.

5210 Garlate in pavimento sanctuarii ecclesiae veteris, deinde in hortis Ferrariorum ALLEGR. Ibidem adhuc REDAELLI 1, 195.

P SVB D XVIIII KAL FE
BR P C LONGINI BIS
ET FAVSTIN C · C · CON p. C. 491
IND XIIII

Allegranza sep. chr. p. 7 qui vidit.
3 requiritur FAVSTI·IVN·V·C.

5211 Garlate in pavimento sanctuarii ecclesiae veteris ALLEGR. Frustra indagavit REDAELLI 1, 195.

HIC REQVIESCIT IN PACE AGNELLA INNO
CENS QVAE VIXIT IN SAECVLO ANNOS PL M
VIIII D SVB D XVIIII KAL FEB IND SECVN
HIC REQVIESCIT IN PACE CISELLVS INNOCENS
QVI VIXIT IN SAECVLO ANNO PL M IIII DP
KAL IVNIAS IND SECVNDAE
HIC REQVIESCIT IN PACE MARCIANVS
QVI VIXIT IN SAECVLO ANNOS PL M ///
DP SVB D KAL SEPTEMBR ◦ IND III
quinquies p c paul IN IVNIOR V C p. C. 539
IN PACE M

Allegranza sep. chr. p. 16. Supplevit Rossius inscr. chr. 1, 488 ita, ut consulatus respondeat indictioni.

5212 Galbiate rep. a. 1790 prope villam Custodi ibique servata.

D M
M A X I M A
F O R T I O *n* I S
M E M O R I A
PIGNVS · AMORIS
M A X I M V S
FILI
P I E N T I S S I M I
ET·FORTIO·PATER

Redaelli *Brianza* 1, 116, a quo puto pendere Labusium apud Orellium ms. et ed. n. 2747, item apud Cardinalium dipl. p. 156 n. 284.

2 MAXIMA*e* Labus. — 3 FORTIORIS Red., FORTIONIS Lab. — 5 AMORIS Red., AM*or* Labus ideo, quod Maximae filii quattuor hic ei nominari visi sunt dicti Memoria, Pignus, Amor, Maximus. Vide ne subsit interpolatio.

5213 in ara, in qua dicitur stetisse vitulus aeneus mox fusus et in campanam conversus, rep. Castelli supra Leccum, *serve per sostegno di tavola di pietra nel giardino del curato* SOMAGLIA. *In Castello di Leco nel giardino di Monsig. Damiani Scala Rettore nel detto luogo* ORMANICO. Ibidem vidit REDAELLI. Contra diligenter se, sed frustra quaesivisse scribit GIULINIUS ms., item apud Guidonem Ferrarium opp. vol. 4 (1791) p. 151.

IOVI · O · M
. . . . . .

Cavatio-Somaglia *descr. dello stato di Milano* (1656) p. 32, cui descripsit Scala parochus Castellensis. Ormanico ms. duobus exemplis: '*havuto da Monsig. Scala e veduto da me*'. Redaelli *Brianza* 1, 41 qui vidit (ex Redaellio Orelli 64).

Redaellius ea legit dubitans quae dedi. Scala interpolavit apud Cavatium sic: IOVI·O·M | ·HOC·SIMVLACR | LICIFOR | POPVLI | DICAR, apud Ormanicum sic: I·D·M (vel IOVI DEO | MAX) | HOC SIM | LICIFOR | POP | D D (vel POPVLI | DIC) | ANN, scilicet ut Licini forum Catonis (Plinius h. n. 3, 17, 124: *Orobiorum stirpis esse Comum atque Bergomum et Licini forum . . . . . . auctor est Cato*) suo pago vindicaret.

5214 Leuci [= Lecco] in territorio Mediolanensi nuper [a. 1779 BIANCHI] rep., ubi olim ecclesia S. Stephani, servatur apud Petrum Manzoni de Galeotto ALLEGR. Periit coniecta in ecclesiae fundamenta REDAELLI Brianza 1, 197.

† B M
HIC REQVIESCIT IN PACE
VIGILIVS VR · L · PBR · QVI VI
XIT IN SECVLO ANN · PL M · LVII
DPS SVB D · ID · FEBR · PC · PAV p. C. 535
LINI VC · CONSVL · IND · XIII ···S

Allegranza in add. ms. qui vidit. Inde Bianchi in praef. ad opuscula Allegranzae 1781 p. V.

5215 Olate prope Lecco rep. 1866, cum casa antiqua disiecta est CAFFI 1866. *La piccola pietra fu da me asportata e regalata ad un mio fratello, che abita in Genova e l'ha collocata in un giardino campestre* CAFFI in litteris ad me datis a. 1869.

DORMET MARITVS B M
E ☧ PRID CAL NOBENBRE
E VNO ET DIES IV IN PAC
ET VO ANORO III ET MES
SVIS DVO VNO ANORO VII
ET MESE VNO CVM FILIS
PORCELLA QVI VICSET XXXII

M. Caffi edidit *Giornale di Lombardia* a. 1866.

Porcella qui vicset (annos) XXXII et mese uno cum filis suis duo, uno anoro VII et u[n]o anoro III et mese uno et dies IV. In pace (Christi) prid. cal. Nobenbre(s) dormet. Maritus b(ene) m(erenti).